



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Estne Concessvm Homini Christiano Magistratus gerere, iudicia exercere,
accusare, & respondere in foro, militare, legitimas pœnas exequi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

EST NE CONCESSVM HOMINI CIVI
ttiano Magistratus gerere, iudicia exercere, acculare,
& respondere in foro, militare, legiti-
mas poenas exequi?

R E S O N D E O. Concessum est, sicut manifesta exempla ducunt: Cornelius & alter Centurio, de quo dicit Dominus: Non inueni tantam fidem in Israël. Seruus Proconsul, &c. Et omnibus viris poribus à principio generis humani fuerunt, sunt & erunt aliqui Magistratus a Deo ad æternam salutem electi, & ad societatem veritatis ecclesiæ vocati. **A B R A H A M** magno prælio vicit Chaldeos. Abimelech rex fuit auditör Abraham. Deinde Ioseph & Daniel gubernaverunt maxima regna inter Ethnicos. Et cum inquit Baptista, Contenti estote stipendijs vestris, approbat militiam. Et rex Iosaphat inquit: Iudicium Domini exercetis, &c. Et Psalm. 148. Reges terra, domines populi, principes, & omnes iudices terræ laudent nomen Domini.

C O N T R A .

Iniuria non placent Deo,
In imperijs multæ sunt iniuria,
Ergo imperia non placent Deo.

R E S P O N D E O. Nego consequentiam, & ratio est, quippe est in conclusione, quam in præmissis. Quia debebat sic interrogi iniuria, qua accedunt ad imperia, non placent Deo.

Postea de minore respondendum est. In Imperijs multæ sunt iniuria. Hic necesse est discerni Imperia, id est, totum ordinem politicum à virtutis & confusionibus, quas addunt Diaboli & homines. Societas generis humani, coniugium, generatio, educatio, sollicitus, contractus, artificia, iudicia, imperia, defensio, militia, pena homicidarum, blasphemorum, incestorum, & aliorum sceleratorum. Hoc omnia nominantur ordo politicus, & sunt res sapientia & iustitia Dei in genere humano ordinatae. Et quanquam Diaboli & impiorum homines, organa Diabolorum, horribiliter turbant hunc peccatum ordinem: tamen quantum ordinis manet, seruant potest & Deo. Et hoc ipsa conservatio est testimonium de Deo & prouidentia & de praesentia Dei in genere humano. Quia manifeste videmus, ut trahi homicidas ad supplicia, inuari Cyrum, Alexandrum, Augustum, & similes. Item: Vniuersaliter præsidia humana infirmitas est, quam ut possint custodire politias, nisi Deus custodiret, quas valorem eis. Ideo Psalmus inquit: Nisi Dominus custodierit eam, frustra vigilat qui custodit eam. **L O N G E** igitur differetur ordo politicus à virtutis, quæ Diaboli & organa Diabolorum additæ, ut discerat oportet custodiām gregis à lupis, latrunculis, & feroci-